Jahresbericht

des

Königlichen katholischen Gymnasiums zu Breslau

für das Schuljahr 18 58/59

womit

zu der den 15. und 16. August zu haltenden

öffentlichen Prüfung aller Klassen des Gymnasiums

und

der auf den 17. August früh um 9 Uhr festgesetzten

Schulfeierlichkeit,

bei welcher die Abiturienten entlassen, die Prämien vertheilt und die Versetzung in allen Klassen bekannt gemacht werden wird,

alle Vorgesetzten, Gönner und Freunde der Anstalt

ergebenst einladet

Dr. August Wissowa,

Director des Gymnasiums und Professor, Ritter des rothen Adlerordens und des Königlichen Hausordens von Hohenzollern, Mitglied der Gesellschaft für vaterländische Kultur.

Breslau, 1859.

Druck von C. H. Storch und Comp.

De Primo Carmine Horatii.

Postquam Mitscherlich Horatii opera illustravit, tantum non omnes, qui poetam Venusinum interpretati sunt, sopore plus triginta annos devincti tenebantur, id quod non mirabere, quia illam quidem editionem laudibus mirum quantis dignam esse nemo non profiteatur. Istum autem soporem excussit Peerlkampi recensio Carminum Horatianorum, quin etiam tumultum excitavit eorum maxime philologorum, qui circumcisiones ac mutilationes Horatii Peerlkampianas putabant facinus esse indignissimum. Quae ira ut hodie sedata sit aut evanuerit tantum abest, ut si quis unum vel alterum versum suspicetur esse subditum, effervescere eam Linker in Viadrinae Universitatis aula Leopoldina nuper senserit. Neque vero deerant, qui Peerlkampium abusum esse scalpro rati tamen sagacitatem ejus adeo admirarentur, ut non possent, quin et ipsi scalpellum Carminibus admoverent Horatianis. Ac primo loco nominandus est Hermann [1]), qui Carminis, quod est primum, duos primos et postremos duos versus amputavit, nimirum ut Meineckii auctoritatem secutus hoc quoque Carmen strophis quaternorum versuum constare probaret. Quod quam non probaverit, postea videbimus; nihilo tamen minus Hermanni opinationem Martin [2]) recepit totam, ex parte Lindau [3]), cujus medelam puto esse nullius pretii. Audacissime cum recisione tum transmutatione grassatur in hoc Carmen Hanow [4]). Cui num quis assentiatur, equidem ma-

[1]) Godofredi Hermanni dissertatio de primo carmine Horatii, adjecta praefationi de Krugio, quae praefatio scripta est creationi XXII Philos. Doct. etc. Lips. 1842. p. 10. Eximium nobis auxilium fert illa Meineckii observatio. Nam recisis et primis duobus et duobus postremis carminis versibus non solum strophas plena sententia conclusas, sed totum carmen apte pulcreque compositum habemus.

[2]) De aliquot Horatii carminibus commentatio critica scripsit Martin. Schul-Programm. Posen 1844. Nimis tenue et jejunum mihi videbatur, quod grandiloquam illam allocutionem „Maecenas-decus meum“ triginta duobus versibus interjectis nihil ad Maecenatem pertinentibus iisque satis exilis argumenti nihil sequeretur, nisi hoc Quodsi-vertice.

[3]) Kritische Bemerkungen zu den Poesien des Horaz von Lindau, Schul-Programm. Oels 1845. p. 1. Gelegentliche Mittheilung in einer gelehrten Druckschrift machte mich schon vor Jahren (?) mit dem Urtheile G. Hermanns bekannt, welcher die beiden ersten und die beiden letzten Verse dieses Zueignungsgedichtes für unächt erklärt. Die beiden ersten darf man allerdings für unächt halten, aber nicht so die beiden letzten.

[4]) Rheinisches Museum für Philologie 1857. Bd. XII. S. 461. Das tritt auf das Entschiedenste hervor, dass die 8 Verse „gaudentem patrios bis pauperiem pati“ ein Ganzes bilden, in dem Horaz dem römischen Bürger

gnopere dubito, quia quae de tribus octonorum versuum tabulis praemittit, a Dillenburgero mutuatus magis licentia quam ratione eo duci se passus est, ut quatuor versus jugularet, et Maecenatem postremis demum Carminis versibus appellatum vellet, quae appellandi ratio, quia naturae repugnat, nulla est, neque in ullo Horatii aut omnino cujusquam poetae carmine occurrit.

Haec et similia corrigendi Carminis conamina plerisque philologis displicent, non quo sint rerum, uti Hermann[5]) putat, diuturnitate temporis acceptarum tenaces, sed quia hanc medicinam non esse justam sentiunt aut nulla omnino medicina opus esse arbitrantur. Ita factum est, ut ad ea virorum doctorum errata editores Carminum Horatianorum plerique animum non adverterint; at fontes, ex quibus ista orirentur, non satis perspexisse videntur. Profluxerunt autem partim ex male intellecto poetae consilio neque satis cognita Carminum natura, partim ex eo, quod stropharum structuram alii neglexerunt, alii legem, quam Horatius receperat, crudeliter exercuerunt. De his igitur rebus scribere Primi Carminis maxime ratione habita in animum induxi, novi quid, quod esset magni momenti, me allaturum esse non sperans quidem, sed operae pretium esse judicans, ea in lucem protrahere atque repetere, quae quanquam ab aliis evestigata aut explicata sint, tamen quia editores Carminum indicare supersederunt, si non jacent in oblivione, certe minus quam par est, memoria tenentur.

Cum Meineckio, omnia Horatii carmina, quae Asclepiadeo metro composita *μονόστροφα* aut *δίστροφα* vocentur, strophis quaternorum versuum constare edocenti non solum Hermann, ut supra indicatum est, verum etiam Orelli usu consentit, verbis non dissentit Dillenburger. Contra Eichstaedt[6]) id egit, ut redargueret Meineckianam istam observationem. Neque enim in primo carmine Horatii, neque in alio quaternis quibusque versibus plenam et integram sententiam absolvi, et violentam esse eorum rationem, qui, ut sententiae singulis quaternis versibus concludantur, hic illic versus tanquam adulterinos exterminent; sin interrumpi sententias conce-

---

nach altem Schlage den modernen Grosshändler entgegen gestellt hat. Die nächsten 8 Verse „est qui bis conjugis immemor" schliessen sich wieder zu einem Ganzen zusammen, indem dem Liebhaber behaglicher Ruhe der Thatlustige in 2 Species als Krieger und als Jäger corrrespondirt. Eine ganz ähnliche Gestaltung ergeben die 8 Verse „sunt quos bis verritur areis"; neben dem, der bei den Hellen der höchsten Irdischen Ehre theilhaftig geworden, stehen die viri honorati der alten (?) Römer und die reges der entarteten (?). Ein homogenes letztes Ganze wird durch Ausstossung der beiden Verse „seu visa est bis aper plagas" und der beiden Verse „dis miscent bis Satyris chori" hergestellt, indem es beginnt mit me doctarum und die letzte Strophe also geordnet wird:

Quodsi me lyricis vatibus inseris,
Maecenas, atavis edite regibus
O et praesidium et dulce decus meum
Sublimi feriam sidera vertice.

Züllichau. R. Hanow.

[5]) Hermann l. l. p. 5. Credendi uberrimus fons perpetua iteratio est, nec quidquam tam falsum aut absurdum invenias, quod semper et ubique auditum non verum esse credatur, praesertim ab iis, quorum mentes vel per aetatem vel per sexum vel per vitae genus ad cogitandum imbecillae sunt. Accidit etiam litteratis hominibus, ut ea, quibus a puerili aetate adsueverunt, omni erroris suspicione exclusa pro veris habeant. Insigne exemplum praebent carmina Horatii, quae omni tempore lectitata explicamus, laudamus, admiramur tanta credulitate, ut etiam ad claram lucem caecutiamus.

[6]) Eichstadius de Primo Carmine Horatii. Jenae 1843. p. 6

datur, modo quaterniones oculis serventur, id non posse non arbitrarium existimari; apparere quidem in Horatii lyricis carminibus ordinem quendam rhythmicum, quo quae sensu cohaereant, elegantissimo orationis vinculo copulentur, sed non alligatum illum quaternionibus.

Neutra mihi quidem sententia neque prorsus probanda, neque improbanda videtur, imo esse tertium quoddam puto, quod inter haec duo sibi contraria praecepta fere medium si non verius sit, tamen verisimilius ac probabilius.

Atque ea carmina Horatii, quae metrici singulis systematis conclusa voluerunt, in strophas vel omnino vel quaternorum versuum distribuenda esse ita, ut Carm. I. 11 et IV. 10 binis, I. 18 quatuor constet strophis, persuaderi mihi nequit, nisi vero oculorum magis quam sententiarum ratione habita certus quidam numerus versuum stropham efficit. Itaque haec tria carmina versibus, qui Asclepiadei majores appellantur, composita eis Horatii Odis, quae strophicas distributiones desiderent vel patiantur, adnumeranda non esse contendo, ejusque praesidium sententiae in paucitate quoque versuum, quibus constant illa carmina, non magnum quidem illud, sed tamen aliquod deprehendere mihi videor. At carminum, quae *δίστροφα* vocantur, haec: I, 13. 19. III, 9. 28. ita comparata sunt, ut dubitationi locus non sit, quin strophas quaternorum versuum fingendi legem sibi irrogaverit poeta, eamque legem III, 19. 24. 25. IV, 1. 3. ita servatam esse censeo, ut singulae strophae sententiam habeant plenam quidem et integram, sed verborum structura minus distineantur; arctissime enim modo duae, modo tres, quin etiam omnes Carminis strophae inter se quasi conglutinatae sunt. Eam autem stropharum plus minus extensam complexionem haud crediderim esse fortuitam, sed in mentis permotione positam quam majorem minoremve poeta repraesentare vellet; quo intentior est permotio, eo extensior stropharum complexio. cf. III, 25. Verum enim vero duo prostant Horatii carmina, III, 30 et III, 15, quae ita comparata sunt, ut Orelliana distributione turbari vel adeo tolli rationem stropharum haud difficile perspiciatur. Illud enim *μονόστροφον* primam et, cui clausula arcte conjuncta est, tertiam stropham quinorum habet versuum, inter quas est quatuor versuum media, in altero autem carmine *διστρόφῳ* quaternionem mediae strophae includunt senum versuum duae strophae. Quare equidem opinor, istam Meineckio observatam legem Horatium ita restrinxisse, ut quanquam quaternorum maxime versuum strophas finxerit, tamen alias, quae majore numero versuum constarent, non singulas quidem sed binas illis admiscere non dubitarit. Ac carm. I, 1. strophicum esse et conjectura licet assequi, neque non Orelli in strophas quaternorum versuum divisit; at haec divisio a probabilitate adeo abhorret, ut recusanti strophas Eichstadio accedendum esset, si diversa ab Orellio distribuendorum ratio versuum inveniri non posset. Quae vero ut inveniatur, non est sagacitate opus. Parva enim defectio ab Orelliana distributione strophas quinque suppeditat quaternorum versuum, quarum prima initium ab tertio versu carminis capit, cum verbis tum sententiis tam diligenter distinctas, ut non sit dubitandum, quin et reliqui versus strophis contineantur. Jam vero facile apparet, militis et venatoris descriptiones distrahi non oportere, imo una contineri stropha, modo altera quaedam totidem versuum stropha exstet. Exstat autem ita, ut illam etiam excipiat; sex enim, qui deinceps sequuntur, versibus semet ipsum poeta depingit. Postremi duo Carminis versus sunt altera pars dimidia strophae tetrastichae, cujus prior pars dimidia primis duobus constat versibus. Habet igitur hoc Primum Carmen sex strophas quaternorum, duas senum versuum. Quodsi hanc structuram stropharum non esse ab Horatio alienam conceditur, ista argumenta, quibus post Meineckium Hermann aliique usi hoc Carmen versibus interpolatum esse opinantur, haud mediocriter suspecta sunt, neque dubito, quin recta explicandi hujus Car-

minis ratione inita non solum defendatur integritas Carminis, verum etiam intelligatur, sive unum sive plures versus ejiciendo sententiam ac formam odae sane quam corrumpi.

Rectae carminum Horatianorum explicationi viam aperuit Herder in opere „Kritische Wälder" inscripto, quod quidem opus austeritati philologorum vehementer displicebat. Acerrimus adversarius exstitit Klotz[7]), isque obtinuit, ne philologi antiquitus traditam interpretandi rationem severam et grandiloquam desererent, Herderi autem praecepta oblivio ut subreperet. Nam si quis hujus viri haud dubie litteratissimi viam insistebat, cohors ista importuna nihil aliud quam silentio premebat. Qua arte factum est, ut Nitsch[8]) quanquam docte et eleganter Horatium interpretatus est, hodie sit adeo ignotus, ut recentiores Horatii interpretes vel nomen viri doctissimi ignorare videantur. Eichstädt[9]) demum eam Horatii explicandi rationem, quam inscio se ut dicit, Herder anticipaverat, defensurus cum de aliis Carminibus, tum de Primo Carmine disputavit, cujus disputationis summam praemissis iis, quae Herder praeclare observaverat, jam referam, neque istorum gloriolam affecto, qui fortasse a Lübkero[10]) moniti Herderianam explicationem sequuntur, sed ut egregiae doctrinae fama celebrentur, auctoris nomen reticescunt.

Atque Herder Baxterum, cujus verba argumentum Odae enodantia nisi in Londina a. 1792 editione Horatii non sunt recepta, laudans ita praecipit. Sämmtliche Werke. Zur schönen Literatur und Kunst Bd. XI p. 106: Baxter hat diesmal den Hauptton der Ode mit seiner Ueberschrift sehr gut ausgedrückt: Horatius fatetur, se cum caeteris mortalibus insanire. Er zählt nämlich seinem Mäzen die ganze Mannigfaltigkeit der menschlichen Bestrebungen her, dass freilich jeder seine Neigung habe, dass es aber keiner an ihrer kleinen Dosis von Thorheit fehle. Der sammelt sich olympischen Staub, dem ist sein höchster Wunsch, ein Ziel zu umfahren; den macht ein Palmenzweig selig wie die Olympischen Götter, gross wie die Herren der Erde. Dieser wenn ihm der wandelbare Pöbel ein Drei Ehrenstellen zuerkennt; jener, dass was in Libyen geerntet wird, eben in seiner und in keines andern Menschen Scheune liege u. s. w. kurz! jeder hat seinen Kopf, und der ist ihm sein Glücksgott, warum sollte ich nicht den meinen haben? Der kann eines wilden Schweines wegen Nächte lang unter freiem kalten Himmel dauern, und ich

me doctarum hederae praemia frontium
dis miscent superis: me gelidum nemus etc.

Wenn jeder auf seine Art schwärmt, warum sollte ich nicht auf die meinige schwärmen? Man lasse mir das Glück, dass ein Paar Zweige auf meiner Stirn mich in meiner Empfindung unter die Götter versetzen, dass ich in kalten Hainen mit Satyren und Nymphen Umgang pflege; dass ich alles habe, wenn meine Muse mir eine Dichterstunde gönnt, und wenn du mich, o Mäzen! würdigest, mich unter die lyrischen Dichter einzureihen — o so reicht mein erhabner Scheitel bis an die Sterne — Leser von horazischem Gefühle werden den von mir angegebenen Ton nicht

---

[7]) Klotzii Lectiones Venusinae Lips. 1770 ad Carm. I, 1. O si lepidissimos suorum versuum interpretes conspiceret Flaccus! Si acciperet eorum nugas in sylvis excogitatas, sylvisque dignas!

[8]) Paul Friedrich Achat. Nitsch, Pfarrers zu Ober- und Niederwundsch, Vorlesungen über die klassischen Dichter der Römer. Leipzig 1792.

[9]) Eichstaedt l. l. p. 1. Hanc sententiam quum primum in publicum proderem, exciderat ex memoria, quae Herderus, quo erat acerrimo venustatis sensu et acutissimo recti aptique judicio, jam dudum, sed nemini auditus, de Horatio scripserat.

[10]) Lübker: Commentar zu Horaz's Oden, Buch I—III. Schleswig 1841.

verkennen; sie werden finden, dass sich eine kleine Schattirung in die Farbe des Lächerlichen über die Charakteristik menschlicher Neigungen in dieser Ode ausbreite; dass es eigentlich Zweck Horazens sei, jede derselben bei einer feinen Schwachheit zu fassen, nur so gelinde zu fassen, als es überhaupt Horazens Art ist, nur weise, nur mit ehrbarer Miene zu lächeln, zu spotten, als ob er die Wahrheit sage. So redet er von andern, so auch von sich.

Eichstaedt l. l. p. 1 et 2. hoc Primum Carmen iis apponens Flacci Carminibus, in quibus ad lusum poetae, urbanamque εἰρωνεῖαν referenda parique modo explicanda sint ea, quae interpretes, quasi de rebus maxime seriis gravibusque agatur, summa cum gravitate interpretati sunt, cum Herdero[11]) consentiens statuit, ut qui ad εἰρωνεῖαν poetae non adverterit animum, is nec singulorum locorum convenientiam et venustatem satis capere, neque de scripturae et interpretationum veritate recte judicare, neque omnino Horatii sensum assequi posse videatur. Hujus veritatem sententiae ut declararet, singulos Carminis locos deinceps persecutus est, ac primum laudavit poetam, qui in exordio digne pariter ac blande Maecenatem sic appellasset:

Maecenas atavis edite regibus
O et praesidium et dulce decus meum.

Hos duos versus defendens contra Hermannum[12]) Eichstaedt l. l. p. 4. haec fere monet: Maecenati imprimis cupiebat Horatius placere: a Maecenate volebat laudari: Maecenati duo tresve priores Odarum libros tanquam ἀνάθημα offerebat. Tale vero munus nonne decebat magnifica patroni appellatione commendabilius reddere, praesertim quum, quanto celsiore in loco ille emineret, cujus patrocinio gloriaretur, tanto honorificentius esset poetae ab tali viro probari?“ Bene id quidem disputatum est, at si vera sunt, quae Herder[13]) de Maecenatis cum Horatio consuetudine monet, nescio an his duobus versibus jocum serio Horatius ita miscuerit, ut priore

---

[11]) Herder Sämmtliche Werke: zur schönen Literatur und Kunst XI p. 107. contra Klotzium ita disputat: Nun denke man sich den komischen Auftritt, wenn der Commentator, der diese ganze Horazische Manier nicht fühlt, dazu kommt, nun ein solches Liedchen seiner Laune, seines stillen vergnügten Anlächelns, als ein Lehrbuch voll ernsthafter dictatorischer Sprüche annimmt, ihm recht gelehrt aufhorcht, und was er noch nicht gelehrt genug gesagt, noch gelehrter umschreibt. — ibid. p. 108. Wie würde sich nun der urbane Römer freuen, wenn er schalkhaftes Selbstlob so ciceronianisch commentirt läse. — Wenn er sich so ehrbar ausgelegt sähe, wie würde er lächeln? oder vielmehr wie würde er uns über unsere gelehrten Ausleger bedauern? Denn nun wird der Ode ihr Geist, die lebendige Grazie der Anschauung genommen, der Ton eines Liedes verfehlt, und Sinn und Leben und Affect und Alles genommen. Hat Horaz ein ernsthaftes, vollständiges, gründliches Bild von der Mannigfaltigkeit menschlicher Charaktere geben wollen, wie ungründlich, unvollständig, wie sehr von einer Nebenseite, wie oft nahe am Kindischen hat Horaz seine Dichtergabe und Dichtergesinnung ernsthaft und vollständig schildern wollen.

[12]) Hermann l. l. p. 10. Quorsum ista tam gravis, tam splendida, tam magnifica appellatio? Exspectamus magnum quid et insigne, quodque dignum tam honorifice invocato patrono sit, secuturum. Quid vero infert hic, qui tanto hiatu os aperuit? Rem tritissimam omnibus, nihil omnino habentem, quod viro regibus atavis edito, qui praesidium et decus poetae sit, narrari conveniat, longissimam enumerationem earum rerum, quibus pro suo quisque ingenio vel delectetur, vel non delectetur, quae profecto post tam grandiloquam allocutionem non modo inepta sed plane ridicula expositio est.

[13]) Herder l. l. p. 88. Der Ernst im Scherze, der Scherz im Ernst, der zwischen Mäzen und Horaz, an jenes Tafel, in dieses Schriften herrschte, ist vorzüglich das Salz, das man jetzt die Horazische Laune nennt und nicht so nennen sollte. Es war die frohe leichte Ironie aller Weisen, nur so und anders gemischt, nach Gegenständen, Zeiten, Personen. Italien, Spanien, England, Frankreich haben in ihr treffliche Muster. Dass uns ernsten Deutschen diese Manier so fremd, oft so unverständlich ist, rührt wohl daher, dass uns im Ganzen die Grazie des Umgangs seltener besucht.

versu Lucumoniam patroni nobilitatem lepide luderet, altero autem versu laudes viri praedicandas pio gratoque animo profiteretur. Ejus opinionis, quae Jacobo [14]) fortasse non displiceat, fulcrum esse illud puto, quod in altera strophae parte, quae postremis duobus Carminis versibus constat, joci ac serii copulatio deprehenditur haud dissimilis:

v. 3—6.

Sunt, quos curriculo pulverem Olympicum
Collegisse juvat; metaque fervidis
Evitata rotis palmaque nobilis
Terrarum dominos evehit ad deos.

Hujus strophae quartum versum Christ consentientibus Rutgerso et Graevio propterea, quia terrarum domini nunquam Graeci vocati sint, cum sequentibus, qui aperte ad Romanos spectant, versibus conjungi oportere ratus post „nobilis" interpunxit. Eam autem interpunctionem, quam ante Eichstadium Penzel [15]) sed suo more refutavit, non minus quam Bentleji conjecturam „evehere" quae infinitivi forma ex adjectivo „nobilis" apta sit, recentiores editores ad unum omnes migrant; sed iidem hunc quartum versum (v. 6) Graecis vindicaturi mire torquent, dum „terrarum dominos" volunt ad „deos" appositionem esse. Suffragatur multis verbis Lübker et Eichstaedt l. l. p. 11 contra Galiani interpretationem Jacobsio [16]) laudatam tria promens argumenta, quae nescio an non sint magni ponderis. Etenim quod aliquot Imperatores Romani appellati sint a poetis „domini" (orbis) terrarum, id non impedit, quominus Graecorum principes ac reges, quales erant Philippus, Hiero, alii, quanquam non orbis terrarum, tamen terrarum domini recte apellati sint. Deinde gradationem, quae fiat ab regibus ad deos, non cogitavit poeta, imo εἰρωνείας vis in eo posita est, quod terrarum domini pulverem concupiscant, pal-

---

[14]) Friedr. Jacob „Horaz und seine Freunde." Berl. 1852. Bd. 2. S. 2. Das Geschlecht der Cilnier aus der Heimath vertrieben und von Rom aus geschützt, hatte gleichwohl an tuscischer Sitte festgehalten. Daher hatte sein Vater (wie die Hetrusker immer, noch aristokratischer als Rom selbst, auf Ebenbürtigkeit von Vater- und Mutterseite ein grosses Gewicht legten) sich einer Lukumonentochter vermählt, von der ihr Sohn den Namen Mäcenas führte. Und dieser Sohn, treu dem ererbten Sinn, stolz auf diesen heimischen Adel, obschon er nach römischer Satzung nur zu dem Ritterstande gerechnet und weiter nicht anerkannt wurde, hatte gleich seinen Ahnen es verschmäht, und verschmähte es fortwährend, durch eine höhere Beamtung in Rom einen neuen römischen Adel zu gründen.

[15]) Abraham Jacob Penzel: Quintus Horazius Flaccus Zueignungsgesang, der ersten Sammlung seiner lyrischen Werke vorgesetzt. Helmstädt 1818 p. 16. Der sechste Vers schliesst das Gemälde so schön, das, wenn man nach nobilis ein Punkt setzt, wie eine Katze dasteht, der man den Schwanz abhieb.

[16]) Friedrich Jacobs Vermischte Schriften, fünfter Theil S. 371 sq. Im 6. V. Terrarum dominos evehit ad deos, wo über Sinn und Verbindung der Worte Ungewissheit herrscht, erklärt Galiani die gewöhnlichen Auslegungen für ungereimt. Er behauptet, kein guter Schriftsteller würde sich eine Umstellung erlaubt haben, durch die terrarum dominos zur Apposition würde, und ein Doppelsinn entstände. Horaz habe in den von ihm angeführten Beispielen eine schickliche Anordnung beobachtet; die Könige und Fürsten Griechenlands (terrarum dominos) voran, die römischen Grossen zunächst gesetzt; auf diese folge (V. 9. 10.) der Ritterstand, in dessen Händen die öffentlichen Pachtungen waren; und endlich die Neigungen der Einzelnen und der Privatleute. Diese feine und sinnreiche Bemerkung ist, so viel ich weiss, von keinem neuern Ausleger benutzt worden. Durch sie wird die Stellung der Worte terrarum dominos gesichert und der Gedanke gehoben, den eine kraftlose Apposition niederdrücken würde; die Beziehung der tergemini honores auf die Aedilität, die Prätur und das Consulat gestützt; und der Sammler Libyscher Fruchternten von dem Landmanne geschieden, den der nächste Vers in einer neuen Verbindung erwähnt.

mamque dignam judicent, quae deorum sese compares reddat. Denique junctura verborum ut iis faveat, qui cum Bothio „terrarum dominos" tanquam per appositionem de diis dictum esse putant, tantum abest, ut praeclare tueatur interpretationem a Galiano receptam, praesertim quum ita totius strophae positio verborum artificiosa admodum evadat. Nam „quos" in initio primi versus positum ad quarti versus „terrarum dominos" refertur, quae structura ex Homero nota est, ubi articulus sive demonstrativum praemissum denotat eum virum, cujus nomen pluribus nonnunquam interjectis versibus indicatur. Quemadmodum „quos — terrarum dominos" sibi respondent, ita iidem versus vocabulis „pulverem Olympicum — deos" egregie concluduntur. Curriculum Mitscherlichio, quem secuti sunt Jani et Doering, dissuadente plerique recentiorum editorum pro curru accipiunt, sed minus bene. Etenim quod in praepositio omissa est, poetae nemo non largiatur, atque Orellii verba „Curriculum significatu spatii ἐπίθετον aliquod requisivisset" nihil valent, quia ἐπίθετον „Olympicum" cum „pulverem" conjunctum necessario ad locum quoque, ubi colligitur pulvis, refertur. Huc accedit, quod vocis „curriculo" positio ac vis etiam impedit, quominus currus ea significetur; non genus enim certaminis ita commemorare voluit poeta, ut curru vectum opponeret ei, qui pedibus certaret, sed pulverem stadii perexigui opposuit terris amplis. Praeterea mihi persuasum est, non sine εἰρωνείᾳ poetam verba colligendi et evehendi usurpasse, nimirum terrarum domini colligunt pulverem et, quod voce „meta" significatur, curru vectus victor evehitur ex stadio ad deos, neque non faceta oppositio inest in „evitatis" et (avide concupita seu petita) palma. Ceterum manifestum est, verba „collegisse juvat" ad omnes eos, qui certaverint, referenda esse, verbum „evehit" cujus solius subjecta sunt „metaque — palmaque" ad victorem spectare; hac de causa Hamacheri conjecturam (Programm des Gymnasiums zu Trier 1858) scribere jubentis:

metaque fervidis (sq. juvat)
evitata rotis palmaque nobilis
terrarum dominos quae evehit ad deos.

excutiendam esse judico.

v. 7—10.

Hunc, si mobilium turba Quiritium
Certat tergeminis tollere honoribus;
Illum, si proprio condidit horreo,
Quidquid de Libycis verritur areis.

Hujus strophae cum antecedente copulationem arctam esse cum sensus tum forma egregie declarat. A Graecorum enim principibus jam ad Romanos transitur nobilitate generis, vel opibus ac latifundiis conspicuos, eorumque studia perstringuntur, id quod vocabula „mobilium turba" et verbum „verritur" commonstrant, uti bene Lübker[17]) et Eichstaedt[18]) observarunt. Comparatione vero inter has duas strophas instituta nemini potest esse dubium, quin mira arte et conjunxerit eas et separaverit poeta. Cohaerent enim inter sese non solum constructione

[17]) Lübker l. l. p. 17. verritur ist gewiss, wie schon Andere (Wiss quaest. Horat. VI p. 22) bemerkt haben, absichtlich von dem Dichter zur Bezeichnung jenes gierigen Strebens selbst nach den einzelnen Körnchen gesetzt worden.

[18]) Eichstaedt l. l. p. 11. Cur Quirites non nobiles vocavit, quemadmodum emendare nonnulli conati sunt, qui incongruum quid sentiebant, sed mobiles? Scilicet utroque vocabulo ut significaret, quanti aestimare conveniret tergeminos illos honores, quibus certatim extollere Romani, (vel ut Peerlkamp bene animadvertit multi-

pronominum „quos — hunc — illum“ ex juvandi verbo pendentium, sed etiam ferme pari dictionum numero; separantur autem vocibus „Olympicum — Quiritium“ et „deos — aris,“ quibus postremis vocibus Graecorum mores a Romanis diversi quin adeo contrarii facete depinguntur. Ceterum Jahni[19]) opinionem editores recte respuerunt, et Klotzium, quocum Sanadon conspirat, hunc-illum accusativos cum verbo „dimoveas“ conjungentem jam pridem Herder refutavit. Tertio an sexto casu dictum sit „tergeminis honoribus“ dijudicari posse haud crediderim.

v. 11—18.

Gaudentem patrios findere sarculo
Agros Attalicis conditionibus
Nunquam demoveas, ut trabe Cypria
Myrtoum pavidus nauta secet mare.

Luctantem Icariis fluctibus Africum
Mercator metuens otii et oppidi
Laudat rura sui; mox reficit rates
Quassas, indocilis pauperiem pati.

His duabus strophis duae tabulae, quarum altera pauperem rusticum, cui, ut Eichstaedt l. l. p. 16 bene explicat, laboribus oppresso asper et parum foecundus agellus non sine aerumna sarculo subigendus est, altera mercatorem ostendit, quem ne atrocissima quidem pericula maris, quominus divitias petat, deterrere queant, magna arte delineatae sunt. Namque coloni pauperis a mercatore diversam quin contrariam indolem partim totus utriusque strophae versus primus, partim verba „gaudentem-luctantem metuens“ necnon in tertio versu voces „nunquam-mox“ ad oculorum auriumque sensum revocant. Nihilo tamen minus mire inter se contineri facile colligitur. In prioris enim tabulae quasi proscenio colonum operi intentum, in recessu mare illi reformidatum conspicimus, altera autem tabula primo loco mercatorem furore maris conflictatum, secundo villam aegre servati hominis suburbanam mox fastiditam exhibet. Huc accedit, quod in utriusque strophae ultimo versu indicatur, quid coloni maxime proprium sit, quid mercatoris; ille enim pavidus est, quaestuosus hic. Sunt, in eorumque maxime numero Nitsch[20]), Jani[21]), Lübker[22]), qui mercatoris quidem studium lucri perstringi concedant, rusticum

---

tudo hominum miserorum) talem hominem gestirent. Itaque in his ad elevandam hominis superbiam, eadem qua antea ratione et arte antitheta posuit. Mirum id non sensisse, qui ventosae plebis suffragia, ambiguos fasces et mobile vulgus et alia hujus generis nostro cum loco compararunt.

[19]) Jahn. Adnotationes ad Odarum librum primum p. 220. Mihi simplicissima visa est Wadii ratio, qui ad hunc et illum subintelligit juvat et evehit ad deos.

[20]) Nitsch l. l. p. 9. Zu Horazens Zeiten waren freilich die ehrwürdigen Bürger in Rom und Italien nicht mehr anzutreffen, die von dem Einkommen einiger Morgen Landes, die sie selbst bearbeiteten, sich und die Ihrigen ernährten. Nur als Seltenheiten fand man sie noch hier und da. Unser patriotischer Dichter macht aber, wo er nur kann, auf diese Leute aufmerksam. An sie, und vermittelst ihrer an das alte Rom seine Zeitgenossen zu erinnern, macht er sich gleichsam zum Verdienst.

[21]) Jani, Horatii Carmina. Lips. 1809. tom. I. p. 7. Imago suavissima! Alius spretis honoribus ac divitiis gaudet findere b. laeto contentoque animo colit agellos patrios a patribus acceptos; majores non cupit homo simplex atque innocens.

[22]) Lübker l. l. p. 18. Die Ansicht Eichstaedts, dass auch dieser Landmann bei dem Bebauen des unfruchtbaren väterlichen Bodens, während auf anderem Wege so grosser Gewinn zu holen sei, ein Thor sein soll, scheint mir unstatthaft.

vero etiam laudari putent. Sed Libanii verba de diversis hominum studiis a Jacobsio (Vermischte Schriften Thl. V S. 371.) protracta et ab Orellio bene recepta Eichstadii sententiae Herderianae magis favent. Etenim Libanius, qui hoc Primum Carmen Horatii haud dubie respexit, agricolam φρίττοντα τὴν θάλατταν καὶ ταλαιπωροῦντα haud quaquam voluit laudatum. Itaque cum Eichstadio, qui p. 16 ita praecipit: „Haeret negotiorum, quae homines fere tractant, descriptio εἰρωνική, si poeta imaginem agricolae vere felicis immiscuisset. Et verborum delectus illius consilium prodit," equidem consentio. Antithetis optime notata est εἰρωνεία. Nimirum rusticus propter pavorem maris invictum carpitur, quippe qui macrum agellum colendo laboriosam et aerumnosam malit vitam degere, quam, licet ingentes sibi opes parare possit, mare ingredi; contra mercator, quamvis suaviter ac laute in villa sua possit vita frui, tamen, nisi augentur opes pauperem esse se opinans omnia maris pericula subit ideoque dignus est cui irrideatur. Attalicae conditiones quid significent, neque Orelli, quanquam Mansonem laudat, recte intellexisse videtur, neque Dillenburger satis indicavit, Hoss[23]) cum eoque Mohr nec non diu ante Penzel[24]) rem explicaverunt. Denique Hartungum non possum praeterire, qui has duas strophas ita vertit (Programm des Königl. Preussischen Gymnasiums zu Schleusingen 1852).

Wer zufrieden sein Erbgut mit dem Pflug umwühlt,
Niemals würde das Glücks-Loos eines Attalus
Den verlocken, das Myrtoische Meer in angstvollen Fahrten zu durchsegeln mit schlankem Kiel.

Der Kaufmann, wenn der Westsüd mit den Kretischen
Fluthen ringt, in der Angst preist er die Ruh und sein
Friedlich Dörfchen: doch bald flickt er den lecken Kahn
Wieder: Mangel und Einschränkung erträgt er nicht.

Huic versioni nihil aliud quam Herderi (l. l. p. 110.) de hoc Primo Carmine judicium subjungo. „Man fühle, wie Horaz die Absätze seiner Materie und seiner Perioden so recht in den Silbenklang einfüge, wie beinahe jedes Wort und jeder Gedanke von seiner Stelle Stärke empfange, wie in jedem Verse Cäsar und Ende auch den Sinn jedesmal unterscheide, aufhalte, stütze, hebe, wie die Einfassung aller einzelnen Redeglieder das Ganze zu einem künstlichen Gebäude auch in Absicht des lyrischen Ausdrucks mache:"

v. 19—22.

Est qui nec veteris pocula Massici
Nec partem solido demere de die
Spernit, nunc viridi membra sub arbuto
Stratus, nunc ad aquae lene caput sacrae.

---

[23]) Hoss (Programm des Königl. Friedrich-Wilhelm-Gymnasiums zu Köln 1841—1842.) „Condiciones non sunt vulgares et incertae pollicitationes, sed quibus confidere possis. Scilicet terminus est juridici sermonis, et a condicendo facta est condicio, ut regio a regendo, legio a legendo, obsidio ab obsidendo, quaeque alia sunt ejusdem generis."

[24]) Penzel l. l. p. 22. Conditio ist ein Vertrag, den wir mit jemand machen, durch den wir dies und das versprechen, wenn er dies und jenes uns zu gefallen übernehmen und ausführen wolle. Es sind also attalicae conditiones nicht das angebotne Reich des Attalus. Man pflegt eben so wenig Königreiche anzubieten, um jemand zur Kaufmannschaft Lust zu machen, als der Himmel das Weltmeer aus seinen Ufern treten lässt, um eine Fliege zu ersäufen. — Sondern attalische Bedingungen sind solche, wie sie nur ein König, reich und mächtig wie Attalus, anbieten konnte.

Mitscherlich et qui post eum de tempestivis conviviis cogitarunt, ab Orellio et Eichstadio[25]) refutati sunt; quid Lübker[26]) sentiat, verbis „partem de solido die demere“ meridiandi seu siestae Hispanorum, seu Graecorum ἐνδιάζειν notionem inesse negans, equidem enucleare non potui: certe non satis liquet, utrum de die convivantem hominem adumbrari putet, an qui bibendo et quiescendo diei bonam partem sive matutino sive postmeridiano tempore conterere adsueverit. Neutra autem interpretatio justam Lübkero ansam praebuit opinandi, hac quidum stropha etiam laudem hominis contineri, qui bonis praesentibus frui non abnuat; imo cum Eichstadio consentiendum est, qui neque in hoc versu neque in undecimo poetam laudes immiscuisse ironiae commonefacit. Qualis autem homo describi putandus sit, comparatione inter nostrum locum et Epod. 2. 23 seq. Carm. II, 3. 6. Sat. II, 6. 61 instituta haud difficulter apparebit. Atque Ep. 2, 23 vita rustica eademque laboriosa praedicatur, quae otium interdum (modo-modo) admittat; Carm. II, 3. 6 seq. potatio non omnino sed per dies festos instituta commendatur; Sat. II, 6. 61 rusticatio laudatur somnum et inertes horas suppeditans, eique rusticationi similis est vita, quae nostro loco notatur; addo hanc similitudinem vel particularum nunc-nunc usu declarari. At diversitas quoque inter utramque rusticationem haec intercedit, quod illo loco aliqua pars temporis in legendis veterum libris consumatur, hac vero stropha poculis hoc diei spatium tribuitur. Quod si ita est, nullus dubito, quin Baxteri explicatio „ne parte quidem excepta totum ac solidum diem impendit voluptati atque otio“ vera sit, praesertim quum hominis bibuli ac desidiosi ejusdemque fortunati vita ita comparata sit, ut quanquam vitii expers tamen laude digna non sit, imo facetam castigationem admittat.

v. 23—28.

Multos castra juvant et lituo tubae
Permixtus sonitus bellaque matribus
Detestata. Manet sub Jove frigido
Venator tenerae conjugis immemor,
Seu visa est catulis cerva fidelibus,
Seu rupit teretes Marsus aper plagas.

Haec stropha bellatorem et venatorem, illum quidem cautius, utrumque vero non sine εἰρωνείᾳ propter similitudinem studiorum una quasi tabula conjunctos proponit. Atque in bella-

---

[25]) Eichstaedt l. l. p. 19. Tempestiva convivia si Horatius postremis versibus indicare voluisset, non ante commemorasset pocula Massici: nec solebant convivia sub arbuto aut ad fontes (sub dio) celebrari. Ac nescio, an non major perversitas sit hominis, qui gulae deditus tempestiva convivia obit, quam ejus, qui ante legitimum coenae tempus meridiatur, tempusque somno perdit. Quapropter non solum loquendi usus, cui bene accommodatum est verbum stratus, sed ipsa sententiarum ratio nos eo ducit, ut Mureti (Epistol. I, 95.) et Luisini explicationem verborum solido de die partem demere sequamur, luci nuper redditam a Wolfio et probatam Orellio.

[26]) Lübker l. l. p. 23. partem demere de die ist bald: den halben Tag verschwenden, bald: früh am Tage mit dem Trinken beginnen, übersetzt worden; es heisst wohl beides nicht. Erstere Erklärung fasst irrig pars als Hälfte, wenn es auch immerhin ein guter Theil sein mag, und sieht die Stelle als Tadel an, während es doch offenbar ein Lob desjenigen sein soll, der die Gegenwart zu geniessen versteht. Was empfahl Horaz inniger als das Geniessen der Gegenwart, so dass wir, wie bei dem immer mit dem Nebenbegriffe der Sorglosigkeit stehenden in diem vivere auch hier etwas ähnliches zu suchen geneigt sind? An den eigentlichen Mittagsschlaf, das meridiari zu denken, will mir weder dem Ausdruck noch der Idee nach gefallen.

tore hoc mirum est et εἰρωνεία dignum, quod capitis periculum etiam cum voluptate adit, earumque potissimum rerum appetens est, quas mater de filio pie sollicita jure suo exsecratur; venatoris autem studium propterea notabile est, quod cerva ne ipsi quidem, sed canibus e longinquo conspecta, aut aper, qui perruptis plagis evasit neque conspicitur, confestim conjugis recens nuptae memoriam extinguit; sub divo pernoctans venator facete conjugi Jovem frigidum praeferre dicitur. Aprum et cervam vehementer desideratas venatori feras commemorat Xenophon Anab. V. 7, 24 et Virgilius Ecl. VII, 29 seq. Eichstadium l. l. p. 19 dicentem: „Sat gravi commemorationi castrorum et bellorum interposita sunt verba: lituo tubae permixtus sonitus; quae si non extenuant, certe non adaugent sententiam" non assequor. Quemadmodum enim, ut alio omittam tripartitae divisionis exempla, certaminis Olympii tres partes distinguuntur, quarum tertia ad id tempus referendum est, quo quis impedimentis superatis victor renuntiatus palmam accipit, ita militiae tres partes enumerantur, quarum prima est castrensis militum vita, signum pugnae altera, quam dimicatio excipit. Bene id quidem Lübker[27]) intellexit, ante eum Nitsch[28]) abhinc annos prope septuaginta recte docuit.

v. 29—43.

Me doctarum ederae praemia frontium
Dis miscent superis, me gelidum nemus
Nympharumque leves cum Satyris chori
Secernunt populo, si neque tibias
Euterpe cohibet, nec Polyhymnia
Lesboum refugit tendere barbiton.

Conjecturam „te" v. 29. quam alii Rutgerso, alii Brouckhusio, alii, in quibus Jahn, Hario tribuunt, hoc seculo Wolf tueri suscepit, Matthiae, Eichstaedt, alii, quos Lübker commemorat, impugnarunt lectionen „me" defendentes, eamque lectionem editores Carminum Horatianorum omnes ita fovent, ut conjecturae istius vix ac ne vix quidem mentionem faciant. Recte. Non enim ut Eichstaedt l. l. p. 21. observat, poterat Horatius, nisi omnem exuisse non modo urbanitatem sed communem intelligentiam videri vellet, Maecenatem adjungere iis, quorum stultitiam diversis in studiis conspicuam leni risu traduxisset. Neque Maecenati semet ipsum ita opponere potuit, ut Maecenatis gloria, quam ex poesis studio ille peperisset, se inferiorem esse diceret, quia ut Matthiae consentiente Doeringo bene monet, tale quid sine impudentissimi mendacii et adulationis abjectissimae crimine poeta dicere non potuisset de homine, cujus facultatem poeticam nemo aequalium laudarit. Lindemann (de arte poetica part. II. S. 7.) conjecturae te patrocinium suscipiens ita

---

[27]) Lübker l. l. p. 24. „Wenn Acron zu unserer Stelle Recht hat, dass mit der graden, trompetenartigen Tuba dem Fussvolk, mit dem nach Art des Krummstabs der Augurn am Ende etwas gebogenen Lituus der Reiterei, das Signal gegeben ward, so würde hier wohl eine der wichtigsten Kriegsscenen, nemlich der Aufbruch zur Schlacht im gemeinsamen Kampfe aller Waffengattungen bezeichnet sein. Dies scheint permixtus sonitus anzudeuten, und der Zusammenhang zu fordern.

[28]) Nitsch l. l. p 13. Lituus und tuba sind zwei unübersetzbare Wörter, beide drücken blasende Instrumente aus, deren man sich im Felde bediente. Lituus war das gekrümmte und schmetternde Instrument, dessen man sich bei der Reiterei; Tuba das gerad auslaufende tiefere Instrument, dessen man sich bei der Infanterie bediente. — Drei der auffallendsten Züge des Krieges werden steigend vereinigt. Das Lager (castra), der Angriff, wozu mit dem Lituus und der Tuba das Zeichen gegeben wurde, und das Gefecht selbst (bella für pugna).

interpretatur: Te juvat doctum esse, hoc est philosophum (?), me juvat carminibus ludere. At Maecenatis studium philosophiae vel rectius litterarum Graecarum Romanarumque ob eam, quam Eichstaedt recte attulit causam minime in hoc quidem Carmine commemorari debebat, neque, ut tota Oda expers εἰρωνείας esset, in verbis poetae deprehenditur philosophiae, quam Maecenas coluisset, et poesis, cui Horatius se dederat, aequiparatio. Feae autem explicationem „blanda transitione ait Maecenati: Tu totus es in coronandis tibique devinciendis poetis: illi vero grati animi ergo te inter deos beneficos in suis carminibus praedicant" quanquam melius ad verba poetae accommodata videtur, quia doctarum frontium i. e. poetarum praemia sc. a Maecenate data, dici potuerit, tamen prorsus rejiciendam esse judico, quia non tam blanda est ad Maecenatem transitio, quam a Maecenate ad poetam non sine scurrilitate foeda et insulsa transiretur. An Horatio in mentem venire potuit, Maecenati dicere: Te poetae propter praemia sibi data summis laudibus efferunt, ego sum poeta? Itaque „me", quod codices habent, recte retinetur, ac verborum hujus strophae sensum puto hunc esse: Quociescunque (si=εἰ) insania amabili percitor, ut versibus ludam, confestim ex hominum coetu asportatus esse mihi videor, ubi vero paulo altior me spiritus afflavit, diis parem me existimo.

Hac igitur stropha, quae partim cum proxime antecedente cohaeret, partim, ut Carmen bene conclusum sit, cum ea, quae post Maecenatis appellationem prima est, suam poeta insaniam sex totis versibus describit ita, ut modestiae atque urbanitatis laude dignissimus evadat, quia sese non minus mehercule quam alios homines insanire non diffitetur. Sibi hederam enim tanti esse pretii, quanti palmam Olympionicae, se in luco commorantem humani consortii haud aegre oblivisci ideoque venatoris quoddammodo similem esse, qui unam vel alteram feram capturus procul a conjuge vagetur; huic aprum aut cervam magis quam conjugem esse cordi, poetam hominibus Satyros ac Nymphas anteponere. Quis neget, hac stropha poetam Maecenati suo satagentem sua ipsius studia lepidissima perstrinxisse, praesertim si vera sunt, quae Herder [29]) hanc stropham respiciens ingeniosissime monuit.

v. 35—36.

Quod si me lyricis vatibus inseris,
Sublimi feriam sidera vertice.

Hi duo postremi versus Carminis cum primis duobus conjungendi sunt, unamque quatuor versuum stropham efficiunt, cujus artificiose bipartitae altera pars, uti par est, in initio Carminis, altera praemissis iis, quae Horatii studia et optatum probent, in fine disposita est. Arcte autem cohaerere inter se hos quatuor versus jam pridem Preiss [30]) bene observavit, neque dubito, quin ita omnia illa argumenta concidant, quibus innissi viri docti modo duos postremos, modo proximum ultimo ejiciunt. Namque nomen aut pronomen, quo ad Maecenatem rediret oratio, Wolfio desideratum equidem non modo necessarium sed ne aptum quidem esse puto. Altera autem causa, cur penultimum versum Penzel, Ilgen, Grotefend, Matthiae et cum Peerlkampio Eichstaedt [31]) subditicium esse velint, prorsus nulla est. Quid enim impedit, quominus Maece-

---

29) Herder l. l. Vielleicht, dass man sich in der muntern Gesellschaft Mäcens über den poetischen Paroxismus, über seine Liebe zur Einsamkeit u. s. w. lustig gemacht.

30) Preiss. Des Horaz Werke metrisch übersetzt und ausführlich erklärt. Leipzig 1857. Anmerkung zu I. 1. Die zwei ersten Verse, die das Lob des Mäzenas in einer kurzen Anrede enthalten, stehen mit den beiden letzten, worin der Hauptgedanke der Ode ausgedrückt ist, in genauer Verbindung.

31) Eichstaedt p. 28. Itaque prudenter fecit poeta, qui laureae decus non a Maecenate, sed Maecenatis

satis, quamvis poeta non esset, tamen sermones utriusque linguae docti judicium de Carminibus suis magno aestimaverit Horatius. Peerlkampi autem de hoc versu disputatio Horatii ipsius verbis Carm. IV, 3. 10—15 obviis egregie prosternitur, ac nescio, qui fieri potuerit, ut Eichstaedt Peerlkampianam sensentiam etiam laudaret. Quam enim exquisitissimam laudem Maecenati a poeta impertitam esse dicit, eam ego Duentzero[32]) adstipulans hoc potissimum versu magna ex parte contineri puto. In postremo versu *εἰρωνείαν* illam deprehendo, qua totum Carmen perfusum esse Herder[33]) docuit; facete enim et aulicorum blandimenta imitans exaggerat, quantopere Maecenatis de se judicium aestimet; contra duobus iis, qui includuntur, strophae versibus i. e. v. 2 et v. 35 non minus pie quam ingenue Horatius pronunciat, quid debeat Maecenati, quid ab eo petat. Ac si quis εἰρωνείαν, qua ultimus Carminis versus continetur, a proxime antecedente stropha ita diversam esse statuat, ut priore loco poeta ἐνθουσιαστικῶς, ultimo autem versu ὑπερβολικῶς dixerit Horatius, equidem non adversabor.

Quum haec pauca scripsissem, quibus aliquatenus probare mihi videbar, hoc Primum Carmen et consummatum esse et ab omni parte dignum, quo Maecenati Carmina sua poeta commendaret, eos autem viros doctos, qui interpolationes subodorarentur, maxime Peerlkampium, qui versus 3. 4. 5. 9. 10. 35 ejici vult, perperam sensisse, in Weichselmanni[34]) disputationem incidi, neque non vehementer metuebam, ne docta et copiosa disquisitione opusculum meum reddiderit supervacaneum. Sed vanus fuit metus. Nam sine ulla, quae probabilis sit, ratione duodecim versus sc. 1. 2. 7. 8. 9. 10. 27. 28. 30. 31. 35. 36. ex hoc Carmine exturbat; et quam omnino futile blateret, haec satis coarguant. p. 3. Seit dem Aufschwung der Metrik ist eine neue Aera für die Erklärung Horazens eingetreten. — Auf Meineckes Ansicht fussend kann die Critik ihre Aufgabe, das was der Lautner der römischen Lyra gesungen, des unächten Flitters entkleidet im wahren Prachtgewande als Kunstwerk hinzustellen, um so leichter lösen. p. 5. Mit pindarischem Schwung, mit pindarischer Weltanschauung scheint er (3—6) beginnen zu wollen. p. 6. Nicht der

---

auspiciis (?) sibi voluerit a Musis concedi. Accedit, quod loquendi formula: lyricis vatibus inseri, ne cadit quidem in Horatium. Id acute observavit Peerlkampius, cujus egregia disputatione huc transferenda finem huic libello imponam. Nam melius quiddam, quod coronidis loco adjiciam, non reperio. Ita igitur ille „Quodsi me lyricis vatibus inseris, suo se frigore et humili sono ipsum prodit. Ne dicam de ingrata repetitione. Si Euterpe — Quod si me. Et quibus, quaeso, lyricis eum insereret Maecenas? Romanis? Nondum exstabant, qui aliquam laudem essent adepti, et nemo praeter Horatium adeptus est. Igitur Graecis: ut scilicet diceretur: Nobiles lyrici sunt Pindarus, Alcaeus, Horatius. Sed ita non loquimur sine addita gentis significatione, ut: „Apud Graecos nobiles sunt Pindarus, Alcaeus, apud Romanos Horatius." Neque Horatius nomen et decus affectare audebat, quo Graeci poetae florebant. Hos longe sequebatur, felix, si accepisset spiritum Grajae tenuem Camoenae. Hoc unice agebat, ut appellaretur princeps fidicen lyrae Romanae, qui Aeolium carmen ad Italos modos deduxisset. Talis homo non recte lyricis vatibus inseritur."

[32]) Düntzer. Kritik und Erklärung der Horazischen Gedichte. Theil 5. S 8. Die beiden letzten Verse enthalten den Gedanken, dass es für Horaz der höchste Genuss ist, wenn ihn Mäcenas als einen glücklichen Nachahmer der griechischen Lyriker anerkennt.

[33]) Herder „kritische Wälder". Man betrachtet dieses ganze Stück nur dann aus dem richtigen Gesichtspunkte, wenn man, statt feierlichen Ernst und gründliche Charakteristik der verschiedenen Neigungen darin zu suchen, nichts als Laune, nur lächelnde, schalkhafte Seitenblicke auf die Bestrebungen der Menschen darin wahrnehme.

[34]) Programm und Jahres-Bericht des kaiserl. königl. Ober-Gymnasiums zu Laibach für das Schuljahr 1858.

Local (curriculo Olympico), sondern der Instrumental, curriculo will er betont in Verbindung mit collegisse wissen. p. 7. In Vers 11 ist nicht vom Verdienen des Brotes im Schweisse des Angesichts die Rede, sondern von dem geschäftigen Müssiggange eines Reichen, der nicht über die Scholle, wo er vegetirt, hinauskömmt und — mit der Jäthacke das Erdreich spaltet. p. 8. V. 23—26 zeichnen den bewegten leichtsinnigen Lebensgenuss: das lockere Lagerleben und den schwärmenden Jagdliebhaber. Der Krieg, dies furchtbare ernste Gewitter der moralischen (!?) Welt ist von einer Seite aufgefasst, die an Wallensteins Lager mahnt.

Sed taedet etiam plures hujus Icariae disputationis sententiolas rescribere.